

ta maneat, quoad sensum, in tropicis circulis, quam ob causam magnitudinis dierum ferè ad dies 40 manente eadem. Unde cum mora fiat ad illas habitationes, quae sunt sub tropicis, neccesse est, ut ardore torratur hac habitatio, atque inhabitalibilis fiat propter astrus exsuum, at ab aequinoctiali circulo contingit veloces fieri diesfus. unde etiam magnitudines dierum circa aequinoctia magna capiunt incrementa. Contentaneum est igitur eas etiam habitationes, que sunt sita sub aequinoctiali, magis esse temperatas; cum ascensio quidem fiat super puncto verticali, velociter tamen sol recedat. Omnes enim, qui inter tropicos circulos habitant, ad acessum foliis humiliter sunt collocati: si tamen longioribus temporibus apud eos commoratur, qui circa tropicos habitant, quam ob causam temperatores esse contingit eas habitationes, que sunt circa aequinoctialem, quoque fuit in media zona torrida, quam sunt iis, qui circa extremitates zona torrida habitant, quique sunt positi sub tropicis.

C A P U T XIV

De significationibus astrorum

Sermo de significationibus apud idiotas diversam parit Opinacionem, quasi propter altrorum ortus, & occasus fiant aëris mutationes. Mathematicus vero & Physicus aliam habet opinionem. Ac primò quidem statuendum est, quod hæ significationes imbrum, & ventorum, qui sunt, circa terram fiant, & ad majorem altitudinem non tendant. Exhalationes enim sunt è terra varia, & expertes ordinis: ut sit impossibile eas usque ad inerrantium stellarum spharam tendere: sed neque singulae nubes propter altitudinem eò tendunt. Qui igitur ascendunt Cyllenes, altissimum in Peloponneso montem, & Mercurio in vertice montis dicato sacrificante, hi, cùm rursus post annum ascendentis sacrificia perficiunt, inventiū & femora, & cinerem ab igne relictum in eodem loco manentia, in quo reliquerant; & neque à ventis, neque ab imbribus immutata, eo quòd omnes nubes, & ventorum coniunctiones infra verticem montis constituantur. Sepe etiam illi, qui in Satabyrum ascendunt, per nubes faciunt ascensum, & infra verticem montis spectant nubium collectiones. & Cyllenes quidem altitudo est minor stadiis 15, ut Dicæarchus geometricè demonstrat. Satabyri vero perpendicularius minus est stadiis 14. Omnes enim nubes, ut diximus, cum ex terra habeant exhalationem, circa terram fiant. Prædictiones autem significationum, quæ in paraplegmatibus sunt, non constant quibusdam certis præceptis, neque arte quadam traduntur, ut habeant necessarium effectum. sed qui ex eo, quod plerumque fit, per quotidiana observationem congruentiam capiunt, hi in ta-

Cyllene
mons.

Sataby-
rium
mons.

**Modus
obser-
vandi
mutatio-
nes aeris**

Observatione di gna naratio.

⁵⁰ *Oi puto in rivo Kerkelatu.* Cujus *scdta* alli XX., alli XV & Stephana. Mons est in Rhodo insula. Totu: hic locus de mon-
fidiis dehinc. Strab. libro VIII.
⁵¹ *Eis in Samosacis.* Leg. *Aeneas*, de quo Strab. lib. XII. *in Eridano N. lacu* & *Mediterraneo H. M. P.*

εἰλι τρόπον τῇ μὲν ἡ ἀράνη θυμηταῖς σύντοι περιστοῖς
πέντε τὸ περὶ δέργα μεταβολῶν, ὅπου οὐδείς ξενιάτης τῷ
τούτῳ μεταβολῶν. οἱ δὲ ἦν δέργη περιστοῖς περιποιήσαντες,
εἶτα σωτηρίου τα περιποιήσαντες, εἰσερχομένοις τα τό-
πος ἐν Κρήτῃ κύκλοι, σὺ οὐδὲ θάνατοι αἱ μεταβολῶν
διῆς γενούσαι, ιποτιθέμενοι κατὰ τὰς δέργας τίτανος
εἰς ἄρσην ἀνατάσσει, ἡ συγκαταδιώξι, τῷτον δέπο-
λατο, τῷ δέποτε οὐρανοῦ ἐχεσσοντα τὸν περιφύγονον τῷ
περιστοῖς. πάς μοι δὲ αὐτοὶ τοις ἀνθετοῖς καὶ δύστοις
ἀφεντοῖς αἴσιοις οὐρανοῖς τοις ἡ Φανούριος πόλισι αν-
τέστη, ἡ περὶ τὰς ἡδύτην καρκούς Δελφούμενον, ἥν αἱ
Πλαταιὲς διώνειν ζεῦκτα παντοῖς πανδιάριον ἔντερον
τὰ περὶ τὴν δέργη λογοτελοῦν, ἡ πάλιν ἀπελευθερωμέ-
νη δέργης Λευκομανίαν. Εὗτοι γένοις Φεοί.

Πληγάδων Αὐτολαζήνεων Σπιτερομημάσων,
Αἴρησθε ἀμύτε, δρόποιο τῆς θυσιομημάσων.

*Pleiadibus Atlantis filiabus orientibus
Incipe messem; arationem verò occidentibus.*

Non propter astri virum. Omnimodo enim id est stupidum. Sive enim ignea sunt altra; sive aetheria; ut placet aliquibus; omnia eadem essentiam, & vim fortia sunt, & nullam habent mutuam compassionem erga ea, quae in terra sunt. Universa enim terra centri rationem habet ad inerrantium spharam. nec illa vis emanans, aut profluvium pervenit ab inerrantibus stellaris ad terram. Quomodo putandum est, has imbrium, & ventorum, & gradinum causas esse, a quibus nulla vis cadit ad nos? Nam a sole quidem, & luna pervenit vis solis ad terram secundum transitus eorum & majorum, & minorum. Unde contentaneum est, terra cum his esse mutantum confessionem secundum vim cuiuscumque corum, nor inerrantium verò stellarum ortus, & occasus signi rationem obtinent, sicut prædictum. Unde ne statuendum quidem est, eadem significations perfici ex index altem astris; sed secundum eorumdem climatum varietates, diversos & ortus, & occasus astrorum fieri: & quidem in qualibet horizonte propria signa habere mutatio-^{majo}na aëris. Idem enim parapergma non potest congruere in urbe Roma, & in Ponto, & in Rhodo, & in urbe Alexandriæ; sed necesse est, ut diversae sint observationes in diversis horizonibus, & in qualibet urbe alia sumantur altra significations efficiantur.

Εἰς ἐς Φωστὸν, ὃν εἰς Φωστόν: οἱ τῶν δέσμων θητα-
λοὶ καὶ δύντες τὸ φέρειν τὸν θυσιαρίσταν, οἷς πά-
κτον θεάσθαι οὐδὲντος οὐδὲντος πεπεριέσθαι μόνονται, οὐ
τοῖς δέσμοις μεταβολαί. δύντες δέ τοις πάκτων θηταρίσταν
οὐ τοῖς αὐτοπράγμασιν ἀρχήματι οὐδὲ συμφωνοῦσιν. οὐτοὶ οὐτοὶ
μόνοι τοῖς καθεδραῖς εἰς γνωτα, οὐτοὶ τοῖς μεγάροις πολε-
καστρώμασιν οὐδὲντος καὶ δύντος, οὐδὲντος λογοπάτων.
οὐτοὶ δὲ τοῖς καπέλαις μίαν τοῖς πάκτων διδίκια εἰργάνει, οὐτοὶ κα-
ροκεφαλοὶ δέ τοις μετρίοις πολεμοῦσι, οὐτοὶ δέ τοις τοῖς δέσμοις
τοῖς πατρούσι τοῖς ποταμοῖς οὐδὲντος θηταρίσταν, οὐτοὶ δέ τοις τοῖς δέσμοις
τοῖς οὐτοπλαστέσ τοῖς θηταρίσταν ποτὲ μηδένα πεπο-
νεκτούσι, οὐτοὶ καὶ οὐτοπράγματοι: οὐτοὶ τοῖς περιγράμμοσι τῶν
θηταρίσταν, οὐτοὶ ποταμοῖς οὐτοὶ ποταμάσιοι οὐτοὶ ποταμάσιοι οὐτοὶ ποτα-
μαστοῖς, οὐτοὶ νεράσιοι.

Ex quibus omnibus manifestum est, quod quæ ad significaciones spectant, ea in tabulis rudi Minerva sint inscripta, cùm non arte quadam, neque necessitate sint tradita; sed ex continua observatione inscripta. eam ob causam sèpè hæc fallunt unde Astrologi non sunt acculandi, si aberraverint in significacionibus, si verò eclipsi predicent aliquis, aut ortum altri, aberraverit, merito & studium, & qui illud tractat, accusatur. Omnia enim, quæ arte traduntur, debent infallibilem habere predictionem, seu enuntiationem. At ea, quæ ad significaciones spectant, neque cùm ea aequifiquimur, perfectam laudem; neque cùm ab iis aberramus, accusationem merentur. Astrologie enim hac est quedam pars expers artis, & indigna quæ profutetur in medium. Idem opinandum est fieri etiam circa Canis ortum. Omnes enim putant, hanc stellam propriam vim habere, & causam esse intensioñis aëtum, cùm simul oritur cum sole. At hoc non ita se habet, sed quoniam juxta calidissimum tempus anni hæc stella ortum non est faciebat, hujus apparitione aëris in altum mutationem notabant. Est autem sol causa intensioñis aëtum. Primum enim cùm ex hyeme simus frigefacti, secundum appropinuationem, quæ fit ad nos, incipit nos sol calefacere: nondum tamen manifestam efficit calefactionem, cùm adhuc frigescit, quæ est ad hyeme, permaneat, cùm verò fit commoratio, & semper magis

Medius motus diurnus lunae quantus vocatur medius. Invenitur autem hic medius motus graduum 13. primorum sexagesimorum 10. & secundorum 35". Vocatur autem unius gradus sexagesimum, primum sexagesimum; & unius primi sexagesimi sexagesimum vocatur secundum sexagesimum. similiter etiam unum secundum sexagesimum, cum divisum est in partes 60, vocatur una particula tertium sexagesimum. Eadem est ratio etiam in reliquo sexagesimi.

Cum numerorum hic sit ordo, à Chaldaeis inventus est medius motus luna gradum 13, 10, 35". cùmque in diebus 1975 luna faciat restitutions 717, si voluerimus cognoscere, unam restitutionem in quo diebus facit luna, dividimus dierum multitudinem in restitutions multitudinem; & fiunt dies restitutions 27, & unius diei sexagesima prima 33, & secunda 20. In tot igitur diebus luna à minimo motu ad minimum motu proficiuntur.

Et cum in omni restitutione 4 sint tempora aequalia, acceperunt quartam partem dierum 27, 33', & 20", & fiunt dies 6, 53', & 20". In tot igitur diebus luna à minimo motu ad medium proficiuntur, & à medio ad maximum; & rursus similiter à maximo ad medium; & à medio ad minimum. Nam haec quatuor tempora inter se sunt aequalia.

Et cum, si fuerint tres numeri ex aequo se superantes, extremitati sumpti sint duplo maiores medio, in motu autem luna tres sint numeri ex aequo se invicem superantes, nempe motus minimus, & medius, & maximus; si igitur motus maximum, & minimum componamus, erant hi compositi duplo maiores medio. Erat autem medius motus gradum 13, 10, 35", multiplicaverunt haec bis, & proveniunt ex multiplicatione gradus 26, 21, 10". Maximus igitur motus luna, & minimus praeceps compositi sunt dies 26, 21', 10". At qui gradus ex observatione sumpti non exacte maximus & minimus motus sunt gradus 26. reliqua igitur sunt ea sexagesima, qua effugerunt observationem per appartenias, & organa factam; videlicet unius gradus prima sexagesima 21', & secunda 10". Hac igitur oportet inferi superioribus & minimo, & maximo motui; ut duo hi motus compositi efficiant gradus 26, 21', 10". Adde autem oportet sic hanc necessariam appendicem, ut neque minimus motus agatur major gradibus 12; neque maximus major gradibus 16. sic autem attribuimus: Cum luna in diebus 6, 53', 20" proficiatur à minimo motu ad medium, & à medio ad maximum, & semper aequali incremento, & decremento utatur; inveniendum est numerus, qui multiplicans quartam partem restitutioi temporis efficiat numerum, qui additus medio motui colligat quemdam numerum majorem quidem 15 gradibus, minorem vero 16. sublatius autem à medio motu relinquat numerum quedam majorem quidem 11 gradibus, minorem vero 12. At quae adiuntur gradibus 15, & gradibus 11, ea erunt quoque prima sexagesima 21', & secunda 10". Invenitur autem hoc facere numerus 18 sexagesimorum primorum. Si enim haec multiplicata fuerint in quartam partem restitutions, nempe in dies 6, 13', & 20", producuntur gradus 2 & 4'. haec addidi medi motui, nempe gradibus 13, 10, 35", & fiunt gradus 15, 14', 35". subtrahi à medio motu hos gradus 2 & 4', & reliqui sunt gradus 11, 6, 35". Inventus est igitur minimus motus luna gradum 11, 6, 11', 35". medius motus gradum 13, 10, 35". maximus motus gradum 15, 11', 35". diurnum autem incrementum primorum sexagesimorum 18'.

Diurnum incrementum motus lunæ.

Tempora signorum, in quibus unumquodcum eorum sol peragrat: & significaciones singulorum signorum sunt ejusmodi.

Incipiemus autem ab astri conversione.

Cancer.

Anrum peragrat sol in diebus 31.

Primo die Calippo cancer incipit oriri. conversiones astri. & significatio.

Dic 9 Eudoxo flat austus.

Dic 11 Eudoxo Orion mane oritur.

CAPUT XVI.

Kephalaiion 15.

Xylopon Φαίδιον, εν οἷς ἔσται αὐτῶν ὁ ἥπερ Αἰγαῖος, καὶ κακὸν ξεῖνον γνόμονα ἐπομέναις αἱ ταρταραμβίδαι εἰσίσι.

Aἰγαῖομέθι οὐ λοιπόν θροῦν.

Kephalaiion Αἰγαῖον οὐ ἥπερ ἐν πάσαις λα.

Eν δὲ τῇ αἱ ἡμέρᾳ Καλίπτων καρπίνῳ ἀρχεῖον, τροπή θεαντινή, καὶ θεομορφία.

Eν δὲ τῇ δέκατῃ Εύδοξῳ νότῳ πάντα.

Eν δὲ τῇ αἱ ἡμέρᾳ Εύδοξῳ οὐ μέριν ιόντοις.

E

Dic 12 Euctemoni Orion totus oritur.

Dic 16 Dositheo corona manè incipit occidere.

Dic 23 Dositheo in Ägypto canis appet.

Dic 27 Metoni canis oritur mane.

Dic 27 Euctemoni canis oritur. Endoxo canis mane oritur, & per dies sequentes quinque eties spirant. ē quibus diebus primi quinque vocantur praecursors. Calippo cancer occidit, orientis flatus.

Dic 28 Euctemoni aquila mane occidit, tempestas per mare post excitatur.

Dic 30 Calippo leo incipit oriri. austus spirat; & canis orientis fit conspicuus.

Dic 31 Endoxo austus spirat.

Leonom sol peragrat diebus 31.

Primo igitur die Euctemoni canis quidem est conspietus: post autem fit austus, significat.

Dic 5 Endoxo aquila mane occidit.

Dic 10 Endoxo corona occidit.

Dic 12 Calippo leo medius oriens austrum maximè facit.

Dic 14 Euctemoni austus maximè fiunt.

Dic 16 Endoxo significat.

Dic 17 Euctemoni lyra mane occidit, & insuper pluit, & eties cesante. Equus oritur.

Dic 18 Endoxo delphinus mane occidit. Dositheo vindemiatore vesperi oritur.

Dic 22 Endoxo lyra mane occidit, & significat.

Dic 29 Endoxo significationem habet. Calippo virgo oritur, significat.

Virgineum percurrit sol diebus 30.

Dic 5 Endoxo ventus spirat magnus, & insuper tonat. Calippo humeri virginis oriuntur, & eties spirant.

Dic 10 Euctemoni vindemiator apparat. oritur & arcarius, & sagitta occidit mane: tempestas fit per mare. Endoxo pluvia; tonitrua: ventus magnus spirat.

Dic 17 Calippo virgo media oriens significat, & arcarius orientis fit conspicuus.

Dic 19 Endoxo arcturus mane oritur, & per sequentes dies 7 spirant venti, serenitas est plerunque. Cessante hoc tempore, ventus ab aurora exxit.

Dic 20 arcturus Euctemoni conspicuus. autumni initium. & capra oritur, stella magna in auriga, & deinde significat. tempestas per mare.

Dic 24 Calippo spica virginis oritur.

Libram sol peragrat diebus 30.

Dic 1 Euctemoni equinoctium autunmale, & significat. Calippo aries incipit occidere. equinoctium autunmale.

Dic 3 Euctemoni hædi vespertini oriuntur. tempestas exitit.

Dic 4 Endoxo capra vespri oritur.

Dic 5 Euctemoni vespertinae apparent pleiades ab ortu. Calippo cefal orietur oritur.

Dic 7 Euctemoni corona oritur. tempestas est.

Dic 8 Endoxo pleiades oriuntur.

Dic 10 Endoxo *** manè oritur.

Dic 12 Endoxo Scorpius vespri incipit occidere, & tempestas insuper oritur, & ventus flat Magnus.

Dic 17 Endoxo totus scorpius vespri; capra penitus occidit. Calippo chela incipiunt oriri, significant.

Dic 18 Endoxo borez, & austus spirant.

Dic 22 Endoxo hyades vespri oriuntur.

Dic 28 Calippo tauri cauda occidit, significat.

Dic 29 Endoxo bores, & austus spirant.

Dic 30 Euctemoni magna per mare tempestas.

Scorpius sol permet diebus 30.

Dic 3 Dositheo tempestas est.

Dic 4 Democrito pleiades occidunt summo manè. venti hyberni plerunque, & frigori, & pruina. foliæ oriri flatu. foliæ abiçere maximè incipiunt arbores. Calippo Scorpis frons oritur cum flatu.

Dic 5 Euctemoni arcturus vespri occidit, magnique spirant venti.

Dic 8 Endoxo arcturus in extremitate noctis mane occidit, & significat, ventus spirat.

Dic 9 Calippo tauri caput occidit mane. pluvia.

Dic 10 Euctemoni lyra mane oritur, atque insuper hymens est cum pluvia.

Dic 12 Endoxo Orion vespri incipit oriri.

Dic 13 Democrito lyra ascendit una cum sole oriente;

E

D I O N Y S I I
P E T A V I I
J U D I C I U M

De sequente PTOLEMÆI libello.

Sic in MS. conceptus erat titulus, ut edidimus. Leg. tamen videtur *φάσις ἀπλανής, καὶ θεοπατέρων*: five, ut est apud Suidam, *τετράς φάσις, καὶ θεοπατέρων αστέρων απλανῶν*. In eum librum quædam universe notata esse debent. Primum est, de his autore queri posse; sitne Ptolemaus; an ei falso tributus, perinde ut alter à Leonico Latine tantum editus. Nam de hoc, quin *λόδηματα* sit, ambigui non oportet. At de nostro duò sunt, quæ falsi suspicionem movent. Alterum quod equinoctium autumale cum Ptolemaio observatione non convenit. Nam Thoth Aſiaci XXVIII, id est Septembriis XXV, adscribit equinoctium. Ptolemaeus autem anno Christi CXXXIX obſervavit idem equinoctium Septembriis XXVI, hora ferè VII matutina; tardius uno die. Congruit Parapégma nostrum cum vero ingressu Solis in Libram anno primo Juliani. Sed huic opponi potest confusus utriusque in equinoctio verno. Nam Ptolemaeus anno Christi CXL obſervavit equinoctium Martii XXII, hora i post meridiem. qui est Phamenoth Aſiaci XXIII. quem in diem nostrum quoque parapégma contulit. in quo à Juliano cardine ambo discrepant. Aſtivum Solsticium in nostro librariorū fortale culpā excidit. quod Ptolemaeus obſervavit anno eodem Christi CXL, Junii XXV. Hibernum porro solsticium Chiac XXVI, five Decembriis XXII, affiguntur in parapégmate. quod à Juliano solsticio distat. Itaque prior ista ratio non satis idonea est, ob quam à Ptolemaeo librum hunc abjudicemus.

Alterum argumentum sumere ex eo possumus, quod cum mensibus Ægyptiis Augusteis, & Aſiacis, five fixis, Julianos haud satis exacte comparat: quasi ambo idem initium, ac finem eundem habeant. Ut, exempli cauſa, mensem Thoth, Septembrem; Paophi, Octobrem inscribit; cum tamen particularum Augisti Thoth, Paophi partem Septembriis occupet. Sed nec inde conjectura satis firma contra libelli hujus *θεοπατέρων* ducitur. Non enim ab ipso Ptolemaeo necesse est Romanos menses additos fuisse: sed ab alio, qui quibus mensibus majori sui parte respondet Ægyptiaci, eos adnotavit. quod & ab aliis paſſim fieri cernimus. ac vel ab ipso Ptolemaeo sic descriptos esse nihil prohibet: qui ad usum civium suorum Calendarium hoc, velut parapégma conficeret potuit.

Refert Suidas Claudium Ptolemaeum scripsisse libros duos, *de apparentiis, & significationibus stellarum fixarum*. Horum alter is ipse est, qui primum hic à nobis in lucem editur. alter verò vel non extat; vel qui à Leonico Latine vulgaris est eum exhibet non tamē sincerum; sed interpolatum, & ex variis pannis centonis more confarcinatum. vel denique, cum sub nomine Ptolemaei ante aliquot ſcūla legi copiſet, Suidas pro germano illius habuit. Utcumque res habet, longe illi anteponendus est noster. Non enim miscella tumultuaria est, & inconditæ; ut iste alter: sed ratione, atque ordine digefitus. nec in eo cardines anticipantur; aut in diversis diebus locantur. quemadmodum neque stellarum ortus, & occasus. quos Leonici Ptolemaeus variis ad dies adscribit. Quinetiam Scriptorum nomina, quorum è parapégmatibus *φάσις*, singula, vel *θεοπατέρων* deſcripta sunt, in nrofro commemorantur, quæ in altero prætermisſa sunt. Atque fine auctorum, &, quod inquit sequitur, locorum, temporumque, quibus illi floruerunt, notitia; nullus ictorum parapégmatum, notatio-numque fructus est, qui ob idipsum eximiuitus capitur è nrofro. Accedit in fine Scholion non valde longum: sed quod nonnulla nos doceat, quæ ad hanc scientiam nosse imprimis expedit; quæ hand scio an alibi legantur. Hoc verò Scholion non alterius est, quam Ptolemaei, vel ex stylo iplo, & loquendi genere mihi videor animadvertisse. quod ei par & affine est, quod in Operे *τετράς σωτάρες* cernitur. Atqui in Scholii inscriptione, quam præfiximus, contrarium dici videtur. Sed negandi particula excidit. Legendum enim: *Quæ sequuntur utiliter haud ab alio, quam Hemerologii Scriptore, notata sunt.*

Ex hoc Scholio didicimus, non omnes eas stellas, quæ apud auctores celebrantur, in Hemerologium esse relatas; fed solas primæ, ac secundæ magnitudinis. Ideo nulla Pleiadum in illo mentio; nec Hædorum; neque Vindemiatoris; aliarumve; quæ *ἀλλοι μὲν, καὶ άφετες, αἱ ἑρακλεῖς*. ut de Vergiliis Aratus cecin. Triginta universe deſcriptas esse notat Scholion; quindecim primæ magnitudinis; totidem secundæ. quas & singillatim percenſet. Verum librarii, ut appetet, vito, primæ magnitudinis tantum stelle XIV; secundæ verò, XIII exprimuntur, quas hic alphabetico ordine ſubſicimus.

Stellæ Hemerologii Ptolemaici.

Prima magnitudinis.

- 1 Arcturus.
- 2 Canis.
- 3 Canopus.
- 4 Capella.
- 5 Centauri *ἡ τοῦ ιμπεριατοῦ βατεράχιον*.
- 6 Fluvii poſtrem.
- 7 Hyadium lucida.
- 8 Leonis cauda.
- 9 Lyra lucida.
- 10 Orionis humerus ſuccedens.
- 11 Orionis, & fluvii communis.
- 12 Pifcis notius.
- 13 Poyon.
- 14 Spica Virginis.

Secunda magnitudinis.

- 1 Antares, five cor Scorpii.
- 2 Aquilæ lucida.
- 3 Aurige ſuccedens humerus.
- 4 Chelæ borealis lucida.
- 5 Chelæ australis lucida.
- 6 Corona borealis lucida.
- 7 Equi & Andromedæ communis.
- 8 Gemini precedentes caput.
- 9 Hydri lucida.
- 10 Orionis antecedens humerus.
- 11 Orionis bailei media.
- 12 Persei lucida.
- 13 Sagittarii genu.

Decet

DE SEQUENTE PTOLEMÆI LIBELLO. 41

Decet una primæ magnitudinis; quæ est ὡ λαμπτεῖς ἡ ὑδρέα five extrema aqua, quæ est in ore pifcis notii, prime apud Ptolemaum magnitudinis. Duæ quoque magnitudinis secundæ. nimur lucida Cygni, & Geminorum sequentis caput, quæ ſtelle tres in Hemerologio commemorantur. Fit & Pifcis borei mentio Phamenoth XX, & ejus, quæ eft in genu, Payni XVIII. fed mendosè forſitan. Nam triginta ſolas enumerat Scholion.

Ita hoc catalogo quædam ſunt omiſſa, quæ apud auctores celebrantur. alia in primam clafſem referuntur, quas recentiores in ſecundam relegant. & vicifim ſecundæ ponuntur; quæ à Tychone inter primas numerantur. Procyon ſtella ſecundæ magnitudinis eft in abaco Tychonico. Ptolemaeus verò tam in Alterisimis, quām hic, prima magnitudinis facit. Antares verò ſecundæ magnitudinis apud Ptolemaum utrobique: à Tychone prima conſtituitur. Sic lucida Hydry, quam vocant Cor Hydry, prima eft Tychoni; Ptolemaeo ſecunda.

Jam cū ſtellarum *φάσις* ſint quatuor, ortus heliacus, ortus acronychus, occafus heliacus, occafus matutinus. (Nam duo reliqui, ortus coſmicus, & occafus acronychus, non ſunt *φάσις*. nec enim ſtelle videntur) ſi quater triginta ſumantur, fiēt CXX *φάσις* in uno aliquo parallelo. Verum Ptolemaeus admonet, fe ex iis auctoriis, & parapégmatibus Hemerologium ſuum conſidide, qui ſub parallelis quinque obſervarunt ortus, & occafus Viderum, quos parallelos designat ab eo, qui diem horarum exhibet praefice XIV, ad eum, qui horarum diem maximum dat XV. Quare paralleli iſti ſunt: Primus qui per inferiori tranſit Ægyptum, & à Ptolemaeo lib. II *μεγάλη εὐρών*, cap. VI nonus ordine percenſetur. Secundus eft decimus, qui medianum Phœnicem perniciat, ubi dies eft horarum 14. Tertius eft XI, per Rhodium tranſiens: ubi dies longiffima eft horarum 14. Quartus eft XII per Smyrnam, diem extendens ad horas 14. Quintus eft parallelus XIII per Hellespontum, horarum 15. Primum parallelum attribuit popularibus ſuis Ægyptis. Tertium Dositheo, & Philippo. Quintum Democrito, Cæſari, & Hipparcho. Secundum nominatim excipit nemini. Quartus item diſerit nullis adſcribitur. ſed quicquid eft ab hora 14, ad 15, Calippo, Eudoxo, Metoni, Euclēmoni, Metrodoro, & Cononi tribuit. Vide omnino caput V libri tertii Operis hujus; & caput IX libri VI, ubi de Philippo praefertur egijus adverſus Solinianum Exercitatorem, qui inſigniter in eo lapsus eft.

Ceterum ſi in ſingulis parallelis ſtelle triginta quatuor ſuas *φάσις* explicit, fiēt, ductis quinque in 120, *φάσις* 600. Sed Ptolemaeus notat, Canobum, & τὸ τῷ ιμπεριατοῦ βατεράχιον Κυνάρις, in ſolis tribus primis parallelis orientes, & occidentes confipi, quare demende ſunt *φάσις* ſedecim; quas in duobus reliquis parallelis facerent. Ad hæc poſtremā ſumimus in quinto parallelō non cernitur. Ideo quatuor *φάσις* eximenda, hoc eft in toto viginti. Unde nomiſi 480 *φάσις* hoc in libro continentur. Ita Scholion.

Unum eft, quod in Hemerologio iſto nulla conjectura potuimus affequi. nimur quid ſibi velint, undéque putanda ſint horæ illæ, quas ſingulis propemodum diebus adnotat. Sunt autem ferè XIV, vel XIII; XIV, & XV, tam in ortu, quam in occafu ſiderum. De quo libenter doceri me cupiam.

